

GRATVLATIO AD
EXCELLENTEM DOCTISSIMUMQ.
CHRISTOPHORVM FERRIOLVM.

Cum in celeberrimo Patauino Gymnasio Philosophiæ, & Medicinæ Doctor
publicè solenniterq; proclamaretur.



FERRVM OPTVMVM, non
lymp̄ha, Pindare, est tua:
Creberrimis ferro vsibus opus. (cur tua
Necessitas sit tanta aquai?) nam sacrum
Marti, Trinacriog; diuo; idem fabri
Incude tractatum docent mitefcere:

Et vnus astra numerus exsuperet fabrum,
Mauorie nil diuinius. Ferrum optumè
Habet. imperant hoc principes: hoc conerunt
Hostes: suos tuentur istoc limites.
Ferro quietem ciuibus parant bonis,
Partamq; seruant. Ferreus Themidos Dea
Acinaces. Ferro domantur omnia,
Homines feraq;, & efferi hominum spiritus.
Ferro valet virtus. Et, OPTVMVM LATET?

Non docta (maçte animo) latere ars te fines.
At nempe magna largiuntur viscera
Mavis, bono, ferrum, omnium: perquiritur
Naura. abuti hoc pessimè malos scio:
Rerum optumarum abusus est deterrimus.
Ferrum quoque immedicabili, mi CHRISTIFER,
Achibere morbo aude. sed audi relliquum.
Prudens id admoue. videni vt hoc iutius,
Quàm rariùs, ages? res, periclo non vacat.
Extrema Medicis linea est ferrum. Neque
His plura. Cordato satis dicto, inquit.
Alijs locum do; maius alij dent. mihi
Opinione carmen excidit minus.
Stilus dehiscit. me recipio. habe, & vale.

LVBENS. MERITO.

Scripta à Nobili Doctissimoq; Dn. Georgio Remo Augustano.

VENETIIS, ANNO GRATIAE ∞ ID. XXCIV. KL. SEPTEMBRIBVS.

0
1
2
3
4
5
6
7
© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

